



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

7. Castra Fvere Loco.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

convenit: Tiberio, cui operis adiutor datus fuerat Drusus frater, quem intra Caesaris penates enixa erat Livia. Vell. l. c. ideoque natu minor. Claudius Drusi filius apud Senecam in consolat. ad Polybium. *Caesar (Tiberius) patruus meus Drusum Germanicum patrem meum, minorem natu, quam ipse erat, fratrem intima Germania recludentem, & gentes ferocissimas Romano subijcientem imperio, in complexu & osculis suis amisit.*

7. CASTRA FVERE LOCO. Hiberna Vell. lib. 2. c. 105. *Pietas sua Casarem penè obstructis hieme Alpibus, in urbem traxit: ad tutelam imperij eum veris initio reduxit in Germaniam, in cujus mediis finibus ad caput Juliae (Lupiae) fluminis, hiberna digrediens princeps locaverat.*

8. ET QVEM CONCILIO. Anno 776. vita Caroli M. apud Pithæum. Astronomus, Adelmus Benedictinus, Poëta Anonym. Regin. lib. 2. Chron.

*Ad fontem Lippia veniens, scribit Astronomus, immensam illius perfidi populi multitudinem velut devotam & supplicem, ac quasi erroris sui veniam poscentem invenit. Cui cum & misericorditer ignovisset, & eos, qui se Christianos fieri velle affirmabant, baptizari fecisset, datis & acceptis pro fide servandâ fraudulentis eorum promissionibus, obsidibus quoque, quos imperaverat, receptis, Eresburgo, quod dirutum erat, restaurato, aliòque castello super Lippiam exstructo, & in utroque non modico presidio relicto, ipse in Galliam reversus in villa Haristallo hiemavit. Terruerat enim Saxones Carolus, velut ingens tempestas omnia prosterbens & munitiones irrumpens. Regin. l. c. Vita Caroli. Et perterriti Saxones omnes ad locum, ubi Lippia consurgit, venerunt ex omni parte, & Domino regi Carolo per Vvadium manibus suis reddiderunt patriam, & sponponderunt se esse Christianos, & iterum subditi sunt ditioni domni regis Caroli. Cum An. 780. ad fontem Luppiae*